



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum plantæ, & animalia bruta, & corpora mineralia remaneant post
finem mundi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

transmutationem materiae: sed ad quamdam diffu- F
sionem similitudinis formae in medio secundum simi-
litudinem spiritualis intentionis, quae recipitur de re
in sensu vel intellectu, & hoc modo Sol illuminat
aerem, & color speciem suam multiplicat in medio. vter
que autem modus actionis in istis inferioribus cau-
satur ex corporibus celestibus. Nam & ignis suo calo-
re transmutat materiam, ex uirtute corporis cele-
stis: & corpora uisibilia multiplicat suas species in
medio uirtute luminis, cuius sors est in celesti cor-
pore. Vnde, si actio utraque corporis celestis cessaret,
nulla actio in istis inferioribus remaneret. Sed cessan-
te motu caeli, cessabit prima actio, sed non secunda: &
ideo cessante motu caeli, erit quidem actio in istis infe-
rioribus illuminationis, & immutationis mediae a sen-
sibilibus, non autem erit actio, per quam transmutatur
materia, quam sequitur generatio, & corruptio.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod uirtus ignis semper
est determinata ad calefaciendum, praesuppositis in-
causis prioribus quae ad actionem ignis requiruntur.
AD SECUNDUM dicendum, quod similitudo secundum
materiam, & contrarietas formae non sufficit in istis
inferioribus ad passionem, & actionem: nisi motu
caeli praesupposito, in cuius uirtute agunt omnes
inferiores actiuae potentiae.

AD TERTIUM dicendum, quod materia non sufficit
ad actionem, nisi principium actuum ponatur. H
Vnde appetitus materiae non sufficienter probat
actionem in elementis, motu caeli subtracto, a quo
est primum principium actionis.

AD QUARTUM dicendum, quod inferiora num-
quam attingunt ad gradum perfectionis superiorum:
hoc autem est de ratione perfectionis supremi
agentis, quod sua perfectio sibi sufficit ad agendum
alio agente remoto: unde hoc inferioribus agentibus
attribui non potest.

AD QUINTUM dicendum, quod ignis est proprium
calefacere, supposito, quod habeat aliquam actionem:
sed eius actio dependet ab alio, ut dictum est.

1^a cor. ar. 6.

Et similiter ad sextum dicendum, quod tactus
non sufficit in elementis ad agendum, nisi motu
caeli supposito. Alia duo concedimus. Nam proce-
dunt de actionibus, quibus materia non transmu-
tatur: sed species quodammodo multiplicatur per
modum intentionis spiritualis.

ARTICVLVS IX.

*Utrum plantae, & bruta animalia, & corpora minera-
lia remaneant post finem mundi.*

NOXO quaeritur utrum plantae, & animalia bru-
ta, & corpora mineralia remaneant post finem
mundi. Et videtur quod sic. Habetur enim Ecclesiasti. 4.
Didici quod omnia opera Dei perseverent in aeter-
num: sed corpora mineralia, plantae, & bruta sunt ope-
ra Dei: ergo in aeternum manebunt. Sed dicebat, quod
hoc intelligitur de istis operibus Dei, quae aliquo
modo habent ordinem ad incorruptionem: sicut
elementa quae sunt incorruptibilia secundum to-
tum, licet secundum partes corrumpantur.

¶ 2 Sed contra, Sicut elementa sunt incorruptibilia
secundum totum, licet secundum partem corrumpantur;
ita praedictae res sunt incorruptibiles secundum
speciem, licet secundum indiuidua corrumpantur: ergo vi-
detur quod praedictae etiam res in aeternum remaneant.

¶ 3 Praeterea impossibile est, quod intentio naturae fru-
stretur, cum naturae intentio sit ex hoc, quod natura
a Deo in finem dirigitur: sed natura intendit perge-
nerationem, & corruptionem perpetuat speciem

seruare: ergo nisi praedicta secundum speciem con-
seruentur, frustrabitur naturae intentio, quod est
impossibile, ut dictum est.

¶ 4 Praeterea. Decor uniuersi pertinebit ad gloriam bea-
torum, unde dicitur sanctis, quod in maiorem beatorum
gloriam elementa mundi in statu meliorem re-
formabuntur: sed plantae, mineralia, & bruta ani-
malia pertinent ad decorem uniuersi: ergo non sub-
trahentur in illa ultima consummatione beatorum.

¶ 5 Praeterea. Rom. 1. dicitur, quod inuisibilia Dei per ea quae fa-
cta sunt, intellecta conspiciuntur, inter quae etiam
facta, plantae, & animalia numerari possunt: sed in
illo statu perfecta beatitudinis necessarium est ho-
mini inuisibilia Dei cognoscere: ergo indecens erit,
quod praedicta Dei opera de medio subtrahantur.

¶ 6 Praeterea. Apoc. ultimo dicitur, Ex utraque parte flu-
minis lignum afferens fructus duodecim. ergo
cum ibi loquatur de ultima consummatione beati-
tudinis sanctorum, uidetur quod in illo statu plan-
tae remaneant.

¶ 7 Praeterea. Ab esse diuino omnibus entibus inest desi-
derium perpetuitatis, in quantum assimilantur pri-
mo enti, quod est perpetuum. Quod autem inest
rebus, ex similitudine diuini esse, non auferretur ab eis
in ultima consummatione: ergo remanebunt plantae,
& animalia perpetua, saltem secundum speciem.

¶ 8 Praeterea. In ultimo statu consummationis rerum
non auferretur a rebus id, quod ad rerum perfectio-
nem pertinet: sed opus ornatus est consummatio
quaedam creatio. Cum ergo animalia ad opus or-
natus pertineant, videtur quod non desinant esse
in illo mundi ultimo statu.

¶ 9 Praeterea. Sicut elementa seruiertur homini in sta-
tu uiae, ita & animalia, & plantae: sed elementa re-
manebunt: ergo, & animalia, & plantae, & sicut non
uidetur quod cessent.

¶ 10 Praeterea. Quanto aliquid magis participat de pro-
prietate primi perpetui, quod est Deus, tanto magis
uidetur esse perpetuum: sed animalia, & plantae
plus participant de proprietatibus Dei quam ele-
menta, quia elementa sunt tantum existentia, plan-
tae autem etiam uiuunt, animalia uero etiam super hoc
cognoscunt: ergo magis debent in perpetuum re-
manere animalia, & plantae, quam elementa.

¶ 11 Praeterea. Effectus diuinae sapientiae est, ut Dion. di-
cit 7. c. de diu. no. quod supremum inferioris natu-
re coniungatur infimo naturae superioris, hoc autem
non erit, si animalia, & plantae desinant esse, quia
elementa in nullo attingunt ad perfectionem hu-
manam, ad quam attingunt quodammodo quae-
dam animalia, ad animalia uero appropinquant
plantae, ad plantas uero corpora mineralia, quae im-
mediate post elementa sequuntur: ergo in illo mu-
di fine, cum non debeat illud amoueri, quod per-
tinet ad ostensionem diuinae sapientiae, uidetur quod
animalia, & plantae cessare non debeant.

¶ 12 Praeterea. Si in creatione mundi, animalia, & plantae non
fuisent productae, non fuisset mundus perfectus: sed
maior erit perfectio mundi ultima, quam prima: ergo vi-
detur quod omnino animalia, & plantae remaneant.

¶ 13 Praeterea. Quaedam corpora mineralia, & quaedam
animalia bruta in poenam damnatorum deputan-
tur, sicut in Psalmo dicitur, Ignis, sulfur, & spiritus
procellarum pars calicis eorum. Et Isa. ultimo,
Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur.
Poena autem damnatorum erit perpetua: ergo uidetur quod animalia, & corpora minera-
lia in aeternum remaneant.

¶ 14 Praeterea. In ipsis elementis sunt rationes seminales
corporum

corporum mistorū, & animalium, & plantarū, vt Aug. dicit in 3. de Trin. he autem rōnes frustra essent: nisi predicta ex eis orientantur. Cū ergo in illa mūdi cōsumatione elementa remaneant, & per cōsequens rationes feminales in eis, nec aliquid in operibus Dei sit frustra, videtur q̄ animalia, & plāte in illa mundi nouitate remaneant.

¶ 15. Preter. Vltima mundi purgatio erit per actionem ignis: sed quedam mineralia sunt ita fortis compositionis, quod nec ab igne consumuntur, sicut patet de auro. ergo videtur quod ad minus illa post illum ignem remaneant.

¶ 16. Preterea. Vniuersale est semper: sed vniuersale non est nisi in singularibus. ergo videtur quod cū iustibet vniuersalis singularia semper erunt. ergo & bruta animalia, & planta, & corpora mineralia semper erunt.

SED CONTRA est, quod Origen. dicit, Non est opinandum venire ad finem illū animalia vel pecora, uel bestias terre: sed nec ligna, nec lapides.

¶ 2. Preterea animalia, & plantę ad uitam animalē hominis ordinantur: vnde dicitur Genes. 9. Quasi olera uirentia dedi uobis omnem carnem: sed uita animalis hominis cessabit. ergo & animalia, & plantę cessabunt.

RESPON. Dicendum, q̄ in illa mundi inuouatione nullū corpus mistū remanebit, p̄ter corpus humanum. Ad huius aut rōnem sumenda procedendum est ordine, quem docet Phil. 2. Ph. sicut. s. prius consideretur causa finalis, & postmodū principia materialia, & formalia, & causę mouentes. Finis autem mineralium corporum, & plantarū, & animalium duplex potest considerari: primus quidem completio uniuersū, ad quam omnes partes uniuersū ordinantur sicut in finem, ad quē quē finem res predictę non ordinantur sicut per se, & essentialiter de perfectione uniuersū existentēs: cū nihil in eis existat, quod non inueniatur in principalib. partib. mundi, quę sunt corpora celestia, & elementa, sicut in principiis actiuis, & materialib.

Vnde res predictę sunt quidā particulares a effectus causarū uniuersū, quę sunt essentielles partes uniuersū, & ideo de perfectione sunt uniuersū secundū hoc tñ, quod a suis causis progrediunt, quod quidem fit per motum: unde pertinet ad perfectionē uniuersū sub motu existētis, non aut ad p̄fectionē uniuersū simpliciter. Et ideo cessante mutabilitate uniuersū, oportet quod p̄dicta essent. Alius autem finis est homo, quia, ut Philo. in sua Politica dicit, ea quę sunt imperfecta in natura, ordinantur ad perfecta, sicut ad finem: unde sicut bide m dicit, cum animalia habeant uitam imperfectā respectu uitę humane, quę simpliciter perfecta est, & plantę respectu animalū, plantę sunt propter animalia, preparatę eis in cibū a natura, animalia uero p̄pter hominē, necessaria ei ad cibum, & ad alia auxilia. Ista aut necessitas est, uita animalis hominis durante, quę quidē in illa rerū inuouatione tolleretur, quia corpus resurget nō animale, sed spirituale, ut dī 1. Cor. 15. & ideo tunc et animalia, & plantę cessabūt, & ad hoc idem habet aptitudinem predictarum rerū materia, & forma. Cum enim sint ex contrarijs composita, habent in seipsis principium actiuum corruptionis. Vnde si a corruptione prohiberentur ab exteriori principio tñ, hoc esset quodammodo uolentium, & nō conueniens perpetuitati, quia quę sunt uolenta, non possunt esse semper, vt patet per Philosop. in libro Cęli, & mundi: interius aut principium non

A habent quod possit a corruptione prohibere, quia corū forme sunt per naturam corruptibiles. utpote nec per se subsistentes, sed esse habentes materia dependens: vnde non possunt in perpetuū remanere eadem numero, nec eadem specie, generatione, & corruptione cessante. Hoc aut idem inuenitur, ex cōsideratione causę mouentis: esse, enim plantarum, & animalū, quoddam uiuere est, quod in rebus corporalib. sine motu non existit: vnde animalia deficiunt cessante motu cordis, & plāte cessante nutrimento. In his aut rebus non est aliquid motus principium, non dependens a primo mobili, quia ipsę anime animalium, & plantarū totaliter subiunguntur impressionib. celestium corporū: vnde motu cęli cessante, non poterit in eis motus remanere nec uita. Et sic patet, q̄ in illa mundi inuouatione res predictę nō poterunt remanere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod omnia opera Dei in æternum perseverant, vel secundum se, vel in suis causis: sic enim, & animalia, & plantę remanebunt manentibus celestibus corporibus, & elementis.

AD SECUNDVM dicendum, quod perpetuitas, quę est secundum speciem, & non secundum numerum, est per generationem, quę, cessante motu cęli, non erit.

C AD TERTIVM dicendum, quod intentio nature est ad perpetuitatem in specie conseruandam durante motu cęli, per quem huiusmodi perpetuitas conseruari potest.

AD QVARTVM dicendum, quod predictę res faciunt ad decorem uniuersū secundum statum mutabilitatis in mundo, & animalis uitę in homine, & non aliter, vt dictum est.

AD QVINTVM dicendum, quod in illa beatitudine sancti non indigebunt inuisibilia Dei per creaturas conspiciere, sicut in hoc statu, pro quo loquitur Apostolus, Sed tunc inuisibilia Dei per se ipsa uidebunt.

AD SEXTVM dicendum, quod lignum uitę accipitur ibi metaphorice pro Christo, vel pro sapientia, de qua Prouerb. 3. Lignum uitę est his, qui apprehenderint eam.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ desiderū perpetuitatis est in rebus creatis ex assimilatione ad Deum, unicuique tamen secundum suum modum.

AD OCTAVVM dicendum, q̄ opus creationis per ornatum animalium, & plantarum consumatur quantum ad primam mundi consumptionem, q̄ attenditur secundum statum mutabilitatis mundi, in ordine ad complendum numerum electorū: non autem ad consumptionem mundi simpliciter, vt dictum est.

AD NONVM dicendum, q̄ elementa non dicuntur remunerari s̄m se, quia nec s̄m se aliquid meruerunt: sed dicuntur remunerari in quantum homines in eis remunerabuntur, prout. s̄corum claritas in gloriam electorum cedit. Animalib. autē, & plantis homines non indigebunt, sicut elementis, quę erunt quasi locus glorię ipsorum, & ideo non est simile.

AD X. Dicendū, q̄ licet quantum ad uitam, & cognitionem plantę, & animalia sint meliora, quā elementa: tñ quantum ad simplicitatem, quę facit ad incorruptionem, sunt elementa Deo similia.

AD XI. Dicendum, quod in ipso homine continuatio quedam naturarum apparebit, in quantum in eo congregatur, & natura corporis misti, & natura vegetabilium, & animalium.

AD

ib. 3. cap. 8. & 9. q. 3.

ib. 2. c. 33. & seq. 10. 2.

D. 1124.

2. 5. d. me. 110.

ib. 1. com. 3. 10. 2.

In corp. art.

In corp. art.

AD XI. Dicendum, quod alia fuit perfectio mundi creati, & mundi consummati, ut supra dictum est, & ideo non oportet, ut sit de secunda perfectione, quod fuit de prima.

AD XIII. Dicendum, quod vermis ille, qui ad penam impiorum deputatur, non est intelligendus corporaliter, sed spiritualiter, ut per uermen, stimulus suae conscientiae intelligatur, ut Aug. in 20. de Ciui. Dei dicit. Et secundum eundem modum possunt exponi si qua similia inueniantur.

AD XIII. Dicendum, quod rationes seminales, quae sunt in elementis, ad affectum producendum non sufficiunt nisi motu caeli coadiuuante, & ideo motu caeli cessante non sequitur, quod oporteat aetalia, uel platas esse, nec tamen sequitur, quod rationes seminales sint frustra, quia sunt de perfectione ipsorum elementorum.

AD XV. Dicendum, quod licet aliqua sint, quae ad horam ab igne non consumantur: nihil tamen est quod finaliter ab igne non consumatur, si diu in igne remaneat, ut Gale dicit, & tamen ille ignis conflagrationis mundi erit multo uolentior, quam iste ignis quo utimur. Nec iterum ex sola ignis actione, corpora missa in illo igne destruentur: sed et ex cessante motu caeli.

AD XVI. Dicendum, quod uniuersale tripliciter considerari potest, & secundum quemlibet modum considerationis aliquo modo uerum est, quod uniuersale est semper. Potest enim uno modo considerari natura uniuersalis secundum quod abstrahit a quolibet esse, & sic uerum est, quod uniuersale est semper magis per remotionem cause determinantis ad aliquod tempus, quam per positionem cause perpetuitatis: de ratione enim naturae uniuersalis non est, quod sit magis hoc tempore, quam illo, per quem est modum materia prima esse una. Alio modo potest considerari secundum esse, quod habet in singularibus, & sic uerum est, quod est semper, quia est quicumque; est suum singulare sicut et dicitur esse ubique, quia est ubicumque; est suum singulare, cum tamen multa loca sint ubi sua singularia non sunt: unde nec ibi est uniuersale. Tertio modo potest considerari secundum esse, quod habet in intellectu. Et sic et uerum est, quod uniuersale est semper, praecipue in intellectu diuino.

ARTICVLVS X.

Utrum corpora humana maneant motu caeli cessante.

DECIMO quaeritur, utrum corpora humana remaneant motu caeli cessante. Et non, quod non, quia dicitur 1. ad Cor. 15. Caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt: sed corpus hominis est ex carne, & sanguine, ergo in illo rerum sine humana corpora non remanebunt.

¶ 2. Praet. Omnis mistio elementorum ex motu caeli causatur, cum ad mistionem alteratio requiratur: sed corpus humanum est corpus mistum ex elementis, ergo motu caeli cessante remanere non potest.

¶ 3. Praet. Necessitas, quae est ex materia, est necessitas absoluta, ut patet in 2. Physi. sed in corpore composito ex contrariis est necessitas ad corruptionem ex ipsa materia, ergo impossibile est, quin talia corpora corrumpantur: & ita impossibile est, quod remaneant post statum generationis, & corruptionis: corpora autem humana sunt huiusmodi, ergo impossibile est, quod in illo rerum sine remaneant.

¶ 4. Praet. Homo cum brutis conuenit in hoc, quod habet corpus sensibile: sed corpora sensibilia brutorum non remanebunt in illo mundi sine, ergo nec corpora humana.

¶ 5. Praet. Finis hominis est perfecta assimilatio ad

Deum: sed Deo, qui incorporeus est, magis assimilatur anima a corpore absoluta, quam corpori unita, ergo in illo statu finalis beatitudinis, animae absque corporibus erunt.

¶ 6. Praet. Ad perfectam hominis beatitudinem requiritur perfecta operatio intellectus: sed operatio animae intellectiuae a corpore absolute, est perfectior, quam animae corpori unite: quia, ut dicitur in lib. de Causis, Omnis uirtus unita plus est infinita quam multiplicata. Formae autem separate in se unite sunt: materiae uero coniunctae, quodammodo ad plura diffunduntur, ergo in illa perfecta beatitudine animae non erunt corpori unite.

¶ 7. Praet. Elementa quae sunt in misto appetunt naturali appetitu propria ubi: appetitus autem naturalis non potest esse uanus, unde quod est contra naturam non potest esse perpetuum. non potest ergo esse quin elementa in corpore misto existentia quae ad sua loca tendant, & sic corpus mistum corrumpatur, ergo post corruptionis statum non remanebunt humana corpora, quae sunt mista.

¶ 8. Praet. Omnis motus naturalis cuiuscunque corporis a motu caeli dependet: sed motus cordis, sine quo non potest esse humani corporis uita, est motus naturalis, ergo cessante motu caeli remanere non poterit, & per consequens nec humani corporis uita.

¶ 9. Praet. Membra humani corporis, pro maiori parte sunt ordinata ad usum competens uitae animalis, sicut patet de uenis, & stomacho, & huiusmodi, quae ordinantur ad nutrimentum, animalis autem uita in homine non remanebit in illa beatitudine, ergo nec membra corporis, alia enim frustra essent, & sic nec corpus humanum remanebit.

SED CONTRA est, quod dicitur prima ad Cor. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: hoc autem corruptibile corpus est, ergo corpus remanebit incorruptione indutum.

¶ 2. Praet. Philip. 3. dicitur, reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae: sed Christus corpus quod semel in resurrectione resumpsit, nunquam deposuit, nec deponet. Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, ergo & sancti in perpetuum uiuent cum corporibus, cum quibus resurgent, & sic humana corpora post finem mundi manebunt.

RESPON. Dicendum, quod sicut Aug. dicit 12. de ciui. Dei. Porphyrius ponebat ad perfectam beatitudinem humanae animae, omne corpus fugiendum esse: & sic secundum eum anima in perfecta beatitudine existens, corpori unita esse non potest. Quam opinantem Orig. in suo Periarchon dicens, quosdam opinatos fuisse sanctos corpora in resurrectione resumpta quaeque deposituros, ut sicut Dei similitudinem in perfecta beatitudine uiuant. Sed hec positio praeter hoc quod est fidei contraria, ut ex autoritatibus inducitur, & pluribus alijs patere potest, est a ratione discordat. Non enim perfectio beatitudinis esse poterit, ubi deest naturae perfectio, cum uita anima, & corporis naturalis sit unio, & substantialis non accidentalis, non potest esse quod natura anima sit perfecta nisi sit corpori coniuncta, & ideo anima separata a corpore, non potest ultimam perfectionem beatitudinis obtinere. Propter quod etiam dicit August. in fine super Genes. ad litteram quod anima sanctorum ante resurrectionem non ita perfecte fruuntur diuina uisione sicut postea, unde in ultima perfectione beatitudinis oportet bit corpora humana esse animabus unita. Possitio autem praemissa procedit secundum opinionem illorum,

Lib. 3. ex c. 6. 27. & 28. 1. 2.